

A Hinc *Idididubus*, Amicitia, dilectio, suavitas. Et Salomon Davidis (amabilis vel amici seu dilecti filius) à Natan Propheta, *Idididubus*, id est, dilectus Dei seu dilectus à Deo. *Idididubus* enim, idem est, ac dilectus. *Levit. 25. v. 49.* Moyses de patre loquens vocat eum *Dadho*. Apud Gallos matres & nutrices, ac somnum capiendum infantulos vel alumnulos suos in cunis vagantes, hac voce *Dadho* compellant, ac si dicas, Dilecte mi, quiesce. Et Germanis notum est *Eindod*. Dido, vox Phœnicæ ab Hebr. derivata, idem est ac dilecta. Alia voce amicus designatur Hebræis, nempe *Reba*, amicus, socius, sodalis, familiaris, contubernalis, commensalis: & *Rebet*, quæ voces occurrunt, 2. *Sap. 13. v. 3.* & *15. v. ult.* & *16. v. 16.* *Psal. 28. v. 3.* & *88. v. ult.* *Prov. 27. 10.* Hæc autem nomina derivantur tum à verbo *Rica*, futamicus seu sodalis, dilexit socios suos, consoctavit in amicitiam. Hinc Græcum *ἔπος*, amo, *ἔπος*, diligere, diligo, *ἔπος*, & *ἔπος*, amor: tum à *Rahab*, simul & unâ palcentibus dictum, *Esai. 40. 12.* *Psal. 80. 2.* & alibi, figuratè ad amicos, commensales, &c. refertur.

B *Amicitia* Græcis, Amicitia, Amor, Charitas. *Iococrates* *ἡλικία* & *ἡλικία* meminit, & apud Xenophontem *ἡλικία* & *ἡλικία* copulatas habemus. Amicitia ab *ἡλικία* exprimitur voce *ἡλικία*: sicut quæritur apud Homerum, *ἡλικία* & *ἡλικία*, benevolentia præstare, amicè excipere, &c. *ἡλικία*, amicus, qui amat, vel qui amatur, charus, familiaris, placens, gratus. Hoc nomen alicubi, ut adjectivum, alibi, ut substantivum apud probatos Scriptores extat. Composita autem & opposita innumera legantur, quæ in Lexicographis, ut & æquippollentia, & ad varia genera amicitie, dilectionis, familiaritatis, sodalitatæ, convictus, pertinencia, studiosis occurrunt.

AMICITIÆ CONSIDERATÆ QUOD PERSONAS.

RUTH adhæsit sociis suis Noemi, & dixit ei: Quocumque perixeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. *Ruth. 1.*

C Anima Jonathanæ colligata est animæ David, & dilexit eum Jonathanas, quasi animam suam. Nam expoliavit se Jonathanas tunica qua erat indutus, & dedit eam David. *1. Reg. 12.* Signum fuit fidelis amicitie, licet indidiceret, quod Armiger Saul, videns dominum suum mortuum, mortuus est cum eo. *1. Reg. 13.*

Misit Abner nuntios ad David, dicens: Fac tecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te univertum Israel. *2. Reg. 3.*

CRUSA Archites amicus David, venit ad Abalon, & diffipavit consilium Achitophel. *4. Reg. 17.*

Propheta Jehu dixit Josaphat regi Juda, qui inierat fœdus & venerat ad prælium cum Achab rege Israel: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia jungentis. Et idcirco iram Domini mereris. *2. Par. 19.*

AMAN superbus convocavit ad se amicos, & exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum, & filiorum turbam, & quanta eum gloria super omnes principes Rex elevarer. *Ephes. 5.*

Audientes tres Amici Job omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, ut visitarent eum, & consolarentur. De his tamen dixit postea: Subvertere inimicum amicum vestrum. *Job 26.*

Alchimus proditor impius, concitavit regem Demetrium ad veritatem Judam Machabæum, pro quo dixit ei: Perdidit Judas & fratres ejus, amicos tuos. *1. Mach. 7.*

Rex Alexander misit epistolam Jonathanæ, nunciavitque ei dicens: Audivimus de te, quod sis vir potens viribus & aptus, ut sis amicus noster. *1. Mach. 10.*

Postquam Alexander percussit Demetrium, misit ad Ptolemæum regem Ægypti legatos, ut statueret amicitiam ad invicem, & daret ei filiam suam in uxorem. *Eodem.*

Acceptit Jonathanas aurum & argentum, & alia xenia multa, & dedit Demetrio, & invenit gratiam in conspectu ejus & fecit eum principem amicam. *1. Mach. 11.*

Vidit Jonathanas, quia tempus eum juvat. Misit viros Romanam statuere & renovare cum Romanis amicitiam. *1. Mach. 12.*

Propter veterem amicitiam, quam habebat ad Eleazarum, quidam astantes attulerunt carnes, quibus vesci licet poterat, ut simularet se de sacrificii carnibus manducasse, ut sic evadere posset mortem. *2. Mach. 6.*

LYSIAS intelligens convictos Judæos, Dei omnipotentis auxilio, misit ad eos, promittens se regem compulsum, amicum fieri. *2. Mach. 11.*

Ponit Dominus exemplum de illo, qui media nocte vadit amicum, ut petat aliquid ab eo. *Luc. 11.*

Laudavit Dominus Villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, acquirendo amicos de bonis domini: concludens per hoc, quod facere debemus amicos, qui possint recipere nos, quando nos in morte deficere oportebit. *Luc. 16.*

In passione Domini, Herodes & Pilatus facti sunt amici. *Luc. 23.*

Commota civitate Epheso & confusa, quidam de Asia principibus, qui erant amici Pauli, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum. *Act. 19.*

Plurimè ex exemplis sequentibus.

EX NON AMICIS FACTI AMICI.

Gothi Tervingi ab Alanis pulsi, ad ripas Istriduce Alanino & Frigemio venerunt, atque inde legatos Antiochiam ad Valentem Imperator. miserunt, ut se ipsos recipere, orantes, ac fidele in omnibus bellis ei auxilium pollicentes. Sunt etiam, qui scribant, promississe, se Christiana facta Valentis arbitrio suscipiuros. Valens magnum se accepturum beneficium ducens, si tantus ac tam bellissimus populus ad se transisset, ac pro se stipendia meruisset: federe scripto, naves, rates, lintres, & cavati arborum alvei ad trajiciendum concessit: vehicula etiam accommodata: transire omnes, paucis tantum sevientibus imbris amne submersis: iidemque Ariano ritu, id est, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto, insecti sunt. Valente ab eis intersecto in Thracia, cum Constantinopoli imminerent, Theodosius Imp. Valenti à Gratiano successus eos compulset. Sozomenus Gothos, obsidibus datis, in amicitiam receptos: Synesius verò in belli, civitatis, honorum, & agrorum Romanorum societatem acceptos tradidit, in oratione ad Arcadium Aug. Zosimus autem omnibus, qui trans Istrum habitabant, potestatem transeundi tradidit, eosque aut in numeros militares reduisse, aut agriculturæ exercendæ adhibuisse. Cæterum, dum catervatim transiret, multitudinem eorum formidans, partem in Ægyptum transtulit, atque alios ex Ægypto in Thraciam evocavit: cæteris verò optionem dedit, ut in patriam ire recipienter: ac pro se alios Romanis numeris adscribendos mitterent. *Sigon. lib. 8. Imperii occid.*

CAROLUS Magnus, ad reprimendas Anglorum piratarum in Gallicis & Germanicis mare incursionibus, cum Achajo Scotorum rege fœdus iniit, his serè legibus: Amicitiam & confederationem Francorum Scotorumque populo ac utriusque gentis posteritati perpetuam sempiternamque fore: Anglorum injuriam bellicamque vim in populum alterum utriusque fore commune: Francis bello Anglorum armis petitis, Scotam militibus, Francorum rege sumptum ad arma & commeatum administrante, subventurum: Francos, Scotis Anglorum injuria læssitis, suis impensis auxiliares assuturos: Qui ex confederationum populis privatus publicisque, Anglos aditus alterum confederationum armis, consilio & commeatu juverit, vel ad eos transfuga concesserit, utriusque genti majestatis criminis reum habendum: Neutrum populorum cum Anglis, sine alterius consensu, inducias pacifici posse. Ejus fœderis memorie causa rubenti leoni, aureo flame depicto, Scotis principibus insigni, duplicem tractum (ut dicitur) contrappositis liliis consutum, addidit Achajus: significans, Francorum opibus, quibuscum fœdus ierit, leonem exinde nuniendum: ac Scotorum reges, pro patria & libertate, pro religione & innocentia, acriter hostem feriendo, quo facialium judicio liliis ritè designantur: Francis perpetuo consentientes, egrege dimicaturus. *H. Baeth. lib. 10.*

P. Scipio Africanus, Polybii præceptum sequens, elaborabat non prius ex foro digrediri, quam quavis ratione consuetudinem & amicitiam conciliasset alicujus ex eis, qui ipsum convenirent. *Plut. in Apoph.*

FORMAM HUC PERTINET CONFEDERATIO.

Exempla ex seqq. Tivris muranda.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

A Omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque pop. Romani applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii est, Provincia est appellata: prima docuit majores nostros, quam præclarum esset exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide benevolentique erga pop. Roman. ut civitatis ejus insultu, quæ semel in amicitiam Rom. venisset, nunquam postea deficeret: plebsque autem, & maxime illustres, in amicitia perpetuo inhaerent. Itaque majoribus in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est: neque enim tam facile opes Carthaginis tante concidissent, nisi illud & rei frumentariæ subsidium & receptaculum classibus Rom. paruisset. *Cic. 1. 4. in Verrem.*

NICEPHORUS imperio Constantinopolitano inito legatos ad Carolum Mad Salam annem castra habentem de feriendo fœdere misit. Eos Carolum non benigne solum excepit, sed etiam fœdere isto cum literis domum remisit, anno 802. In eo fœdere illud nominatim expressum, ut Veneti inter utramque imperium possit, liberi atque immunes, & ab utroque securi vivant, ac sine molestia res suas in regno Italico possident. *Sig. 1. 4. regni Ital.*

Gothi Tervingi sese Theodosio I. Imp. bonitatem ejus admirati, dederunt, ac pro illo se militaturos, ac limine custodiendo aliorum incursionibus populaturos promiserunt. Id fœdus inde per nos propè viginti servatum. *Sig. lib. 8. Imp. occid.*

Jonathas F. Saul perfectam habens Davidis fortitudinem & pietatem, eique regnum debere videns, causam illius apud patrem fideliter egit, eumque sæpe defendit, sæpe de insidiis admonuit: ad hoc fœdus æternum pro se suisque posteris cum Davide exule pepigit, ut si quando hostes omnes extirpasset, sibi suoque genti in posterum beneficeret. *1. Regum 20.*

CONSPIRACIONES, CONJURATIONES OCCULTÆ.

ISMAEL Nathanias F. cum conjuratis Goliath præfectum à rege Nabuchodonosore Judæorum reliquis, in Maspha occidit, eoque factum, ut metu regis in Ægyptum omnes fugerint. *4. Reg. 25.*

Quadragesima Judæi Hierosolymis conspiraverunt, & diris se devoverunt, si vel cibum vel potum sumerent, quin Paulum interfecissent. Has insidias Pontificibus communicatas, nepos Pauli ex sorore Tribunus Lytæ indicavit. Is Paulum Cæsarem ad Felicem prætorem deducendum curavit. *Act. 22.*

DARIUS Rex designatus à patre Artaxerxe Mnemone, cum Aspasiam fœlicem à patre impetrare non posset, insinuat Tiribazi contra patrem conjuravit. Ubi frequenter jam conjuratum, consilium deit regi eunuchis, qui etiam rationem rei gerendæ exactè cognoverat, statuisse eos nocte in thalamum regis irrumperet, & obturcare quiescentem. Audiens hæc, contemneret tantum periculum, & delationem negligere, grave videbatur Artaxerxi: credere verò, nullo intercedente indicio, gravius. Quare Eunucho imperat, ut se adjungat, ad hæc atque illis. Ipse cubiculum parietem pone lectum exindit, aperitque in eo januam, quam taperibus velat. Instante hora, atque indicato per eunuchum tempore, remansit Rex in lecto, neque ante exire, quam ipsa ingressorum inflexisset ora, atque unumquemque exactè cognovisset. Ut districtis gladiis vidit eos irrumperentes, removit properè auleam, atque in cubiculum interius concessit se, foretisque cum clamore illis. Percussores igitur cum ab eo conspecti essent, re insecta eiecerunt se janua: inde comprehensi penas dederunt. *Plut. in Artaxerxe.*

Dum Alexander M. in Asia esset, Dymnus quidam, ex Calestria Macedonia oppido, cum plerique alius regni insidiatus est. Amabat Alexander exoletum Nicomachum nomine: quem ratus fore ut in societatem scelere afficeret, destinatæ cædis particem fecit. Ille, ut commodius falleret, jurejurando pollicitus est, rem in occulto habiturum: inde per Cebalinum fratrem, ne suspicionem conjuratis faceret, dat operam, ut regi indicium deferretur. Cebalinus Philote Parmenionis filio, qui plurimum apud regem auctoritate & gratia valebat, primo rem aperuit: ut per eum rex de eis, quæ parentur, certior fieret. Is ubi alia atque alia causando iudicium de industria detestare visus est, Cebalinus Metionem armamentarium præfectum, rem detulit. Jubet confestim Alexander, Dymnum ad se trahi. Qui desti-

nati partitici conscius continuo sibi manum intulit. Inde hæc quæstione habita, plerique convicti sceleris, pro concione, Macedonico more, lapidibus cooperiti sunt. Philotas & ipse multis cruciatibus prius affectus, ut conjuratorum unus occisus & Parmenio pater, tanquam & ipse ejus consili non ignarus. Eum Mediæ Alexander præfecerat, nec ullius opere magis fuerat ab eo bello usus, quippe qui omnibus præliis lævum cornu provocare solitus esset. Perit illi septuagenarius, fecutus ex Macedonia regem, cum tribus filiis. *Diod. 1. 17.*

CLEOMENES Spartanus rex exul, à Ptolomæo Philopatore in carcerem conjectus, cum amicis XIII. conspiratione facta erumpere & Alexandrinis ad libertatem provocare ausus est. Sed cum nemo civium sese illi adjungeret, ne in manus Ægyptiorum venirent, sibi metipsis singuli manum intulerunt. *Plut. in Cleom.*

L. CATILINA, nobili Sergiorum familia, valido corpore, malo pravoque ingenio (cui ab incunte ætate cædes, rapinæ, stupra, & alia fœda dicta, pro bonis artibus fuerant cordi, animus audax, alieni appetens, vir profusus, & in quo multum eloquentia fuit, sapientie parum) Syllanæ proscriptiois nefaricie dominatus mirator, pessimo exemplo captus, animum adiecit ad tempus, per fraudem, civile bellum exorabant, nec ullus erat per id tempus in Italia exercitus, qui in subita re posset Reip. præsidio adesse. Hanc ille temporum opportunitatem nactus, cum nobiliss. adolescentibus, quos vel spes opum, vel potentia ad res novandas accendebat, conjuravit de necandis Coss. & Rep. occupanda. Fuere in his P. Lentulus Sura senatoris ordinis, Gabinus, P. Antonius, L. Cassius, C. Cethegus, Cn. Piso, Q. Curius, C. Mallius, C. Cornelius, L. Vargunteus senator, D. Brutus & alii. Fama est, ipsum sceleris auctorem, postea quam vehementi oratione sociorum animos hortatus est, humanum cruorem vino mixtum circumtulisse, velut gravi execratione interposita, si quis rem tantam non sicut silentio texisset. Conspiratione autem per Fulviam Curii concubinam detecta, creati Coss. M. Tul. Cic. & C. Antonius. Cicero Fulviam indicio conjuratorum insidias evitavit, Catilinam eloquentia & vigilantia sua urbe expulit. Catilina in Manliana castra Fesulas profectus cum fœlicibus & aliis imperii insignibus, hostis à Sen. judicatur. Lentulus & cæteri, qui domi erant, noctem constituent invadendæ urbis, totum inter se negotium in hunc modum partiti, ut Gabinus cum magna manu duodecim diversis locis urbem incenderet, Cethegus consulis januam obfideret, eumque nocturno tumultu exitum vi adortetur, alique alios optinatum obturarent, & in plerique nobilium filii fuere, quibus datum est negotium, ut parentes domi interficerent, urbeque incendio & cæde perculsa, unâ conjurati ad Catilinam erumperent. Per Alotrogum legatos, quos ad idem facinus conjurati compulerant, de toto negotio certior factus Cicero, & conjuratorum nominibus compertis, T. Volturcii indicio. Coram Senatu convicti conjurati, & in carcere necati. Catilina à C. Antonio Coss. cruenta victoria in Piceno cæsus. *Sab. lib. 5. Etm. 6.*

C. JUT. Cæs. ex provincia Hispania reversus, pariter consulum intendebat petere, & postulat triumphum. Ceterum autem lex eos, qui magistratum ambiunt, præsentem petere, triumphatos verò extra muros cogere subsistere: flagitavit à senatu, ut absens sui ratio haberetur. Inclinantibus eò frequentibus, contraxit Caro. Qui animadvertens illos studere Cæsari, totam diem dicendo consumpsit, atque ita senatus decretum exclusit. Quare, deposito Cæsari triumpho urbem exemplo ingressus, amicitiam Pompeji & consulum sectatus est. Consul designatus, despondit Juliam, factaque inter se adversus rempubl. coalitione (jam enim & M. Crassum Pompejo reconciliat) Cæsares leges agrarias ferebat, alter promulganti aderat. Quæ quidem conspiratio Remp. Romanam perfundit. Nam cum potentia causa conspirasset, & Crasso à P. P. Pompejo Pompejus Cæsaris successibus invideret, belli civilis præsidio fere facta. *Plut. in Cæsar.*

Cæsar oppresse Pompejo, & bellis civilibus confectis, summa erga hostes sua clementia utebatur, ut nomine tantum à priore reipub. forma res Romana differret. M. Brutum singulari proferebatur benevolentia, & in ejus gratiam cum aliis tum verò ipsi quoque C. Cassio ignovit. Cassius Cæsarem potius quam tyrannidem odio proferebat, Britum, Tyrannidis

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

Publica.

A dis orem: impulit ad Cæsaris caedem, cum amici omnes Cassio annuissent, si dux Brutus foret. Inde Q. Ligarium, ob Pompeji amicitiam a casum, sed à Cæsare noxae exemptum. Hinc clam tentantes amicorum, quibus fidebant, animos, capite inter se conferabant: adficebantque non solum delectos familiares, sed omnes, quotquot egregie aduacæ & mortis contemptores esse sciebant, P. Calpurnium, Tullium Cimbrum Labonem, D. Brutum Albinum, & alios plerisque præstantissimos, quos nomen adiunxit. Qui quamvis neque juramento, neque factis tacitis fidem inter se mutuo sanxerant, ita silentio tamen condiderunt & presserunt consilium omnes, atque inter se agitaverunt: ut licet vaticiniis, prodigiis, extis id diu denuntiarent, nemini esset tamen credibile. Mane cuncti porticum Pompeji ingressi, Cæsarem mox in senatum venturum operiebantur. Cum venisset, Tullius Cimber pro fratre exule rogans primus accessit, & Cæsare preces rejiciente, amba- bus ei manibus rogam ex humeris detraxit. Casca à tergo stans pugione humerum ferit. Inde alii certatim, ut se socios caedis facerent. Et eo caelo, sanguinolenti manibus & nudis pugionibus Capitolium petierunt, cives ad libertatem hortantes. *Plut. in Brut. & Cæsare.*

Commodus Imp. quum destinasset Kal. Januar. gladiatorum manu stiparus ex ludo, non ex palatio, prodire in publicum, subnotassetque multorum nomina, quos luce illa erat interfecurus, & in his Martiam, quam ex omni concubinarum numero præcipue adamaverat, habuissetque propemodum iustæ conjugis loco, Q. Alium Lærum prætorii præfectum, & Electum cubiculi custodem libellum, dum in balneum propetaret, oblitus; pulso, quem in delictis habuit, ac Philocommodum appellavit, pugillarem nactus, peritulerit ad Martiam detulit. Que agnito principis chirographo, cognoscendi cupida, quid esset in connotatum, & ne per incuriam liber, si alius esset ponderis, intercederet, ubi se cum multis morti destinatum animadvertit, periculi magnitudine exterrita, Electo, cuius consuetudine tenebatur, sine arbitris libellum tradidit. Mox & cum Læto res communicata est, placuitque confestim illum veneno prævenire. Id Martia ex balneo redeunti in suavitissimo vino obtulit, quo haurito confestim decubuit. Narcissus inde audax adolefcens immisissus, facentem & jam graviter affectum strangulavit. Quo nomine ipse postea est à Severo interfecus. *Sab. l. 5. Etm. 7.*

Regni Francorum Procere aliquot fœdere inter se inito conjurarunt, an. 830. ac compositis rei agendæ consiliis, Pipinum Ludovici Pii Imper. F. quem pater Franciæ regem fecerat, adierunt, docentes, non solum ceteros, sed ipsum etiam à Ludovico patre contemni, unum à cubiculo Berhardum propè in aula regia dominari, non virtutis ope, sed turpibus Judith reginæ amoribus infinitam illam gratiam atque auctoritatem adeptum. Pipinus ergo contraclus quibusdam copiis, unâ cum eis Verimbriam pattem & novetam cum amatore ulturus advenit. Eo nuncio Ludovicus attonitus, continuo Berhardo dormientis similis recumbens, conjuratorum in divertorio consilia consuli patefecit. Are itaque campano excitis civibus, priusquam portæ recluderentur, conjurati, partim interfecti, partim capti, digna scelerum supplicia luerunt. Anno Domini 1350. 23. Febr. *Stumpff.*

JOANNES Rodulfi Ducis Austriae F. ex filia Othocari Boemorum regis, patre in lecto insidius occiso pupillus relictus est, Alberto I. Rom. rege tutore. Albertus ejus bona tutoribus commisit, juvenem apud se honesta conditione tenuit. Qui quum pravo seductus iniquorum consilio, quasi Dux esset sine terra, crebro patrimonium suum maternum peteret (quod illi negabatur) cum tribus aliis conjurationem inivit, qui curam custodiendi corporis regii habebant, Rudolfo de Vvalt, Vvalthero de Eichenbach, & Ulrico de Palma. Octavo Kal. Maji anno Christi 1308. trajecurus Ursam fluvium propè Vindoniam, hos solum quatuor retinuit, & trajecit. In ascensu clivi, Dux Joannes pugione colu- regis primus ferit, Ulricus faciem & caput per medium secuit, ceteri ensibus transfodere. Eo loci post monasterium sanctimonialium ordinis Minorum B. Clare constructum, sub nomine Regii campi. Occisores fuga dilapsi, Ulricus de Palma Basilicæ in domo Converterum latitans, in castro ejus per Leopoldum Austriæ expugnato perit, L. sunt decolati. Munitionibus Vvaltheri destructis, ipse passim decurrens, post annos xxxv. sese manifestavit noveritibus. Rodulfus de Vvart cum famulo post longam occupationem

Romam pro assequenda venia petens, à Theobaldo Comite de Blomont capitur, & Leopoldo traditur. Rodulfus, caudæ equi alligatus, fractis rotae membris, crudelissimè necatus est. Joannes dux, pro fugâ per silvas, tandem in Italiam venit: postremo ad Henricum Imp. successorem Alberti, in Tuscia Pias per Papam missus, habitu fratrum Eremitarum perpetuis carceribus ad addictus: Sic omnes illi periculis, aspiciente regina Elizabetha, filia Meinhardi Comitiss Tyrolis & Goriciæ (que ut unicè maritum dilexerat, sic sanguinem patriciarum pedibus calcare voluit) penas dedit. *Cusp.*

Carolus Andegavensis, Sicilia rex, in Hetruria imperii vicarius erat. Joannes Prochita, qui Manfredi rege dominus Insula fuerat, Palæologum Cæsarem, mox Petrum Tarracensem regem ad Siciliam recuperandam (Manfredi enim filiam Constantiam uxorem habebat Petrus) habitu Minoritæ ultro citroque commeanis incitavit: & paratis rebus omnibus in Siciliam rediens, Maneritiorum Panormitanorumque principes adiit. Conjuratio anno Christi 1281. sanctis diebus facta. Sanctissimo omnium anni tempore scelus admissum. Dies Domino resurgenti festus, cum ex templorum turribus campana sonitu consuetudine quotidiana signum ad vesperinos hymnos daretur, atque fœderisque Francis facta. Tota insula cædes inermium, nihil fimentium, in cautorumque Francorum, uno temporis navigio fœdè facta. Inde Siculus vesper proverbio increbuit, Naves etiam occupatæ, quæ in Siciliæ portibus stabant, paratæ ad imperium Graecum referendum, Palæologumque à Pontifice maximo, agente Carolo rege, hostem iudicatum, bello proseguendum. Sunt non contemnendos auctores, confirmationis initium à Panormitanis ortum: cum die sanctæ resurrectionis ad templum, quod ad Montem regium tertio à Panomo lapide abest, religionis causâ promissè convenirent, Francos per causam fructuandi, si quis cum telo esset, etiam matronas virginisque excutere, licentiaque penetrare sinus tractareque capisse. Ea ex ira virtus mota, primum lapidationem factam: mox ex ubera- ma correpta, & Francos caesos. Hac continuo via Siciliam totam pervagante, à nullo Franco usquam temperatum. *Emil. l. 7. & Sab. l. 7. Etm. 9.*

Galæcio Maria Mediolanensis imperante, erat Nicolaus Montanus Bononiensis, vir (ut illis temporibus non inereditus, ex eorum genere, qui nobiles pueros in literis instituendos suscipiunt. Hujus inter ceteros erant auctores Mediolani, tres adolefcens ejus civitatis, cum primis nobiles, Jo: Andreas Lampognanus, Carolus Vicecomes, & Hieronymus Oleatus, quibus ob egregiam indolem virtutis plurimum omnium indulgebatur. Erat hominis ingenium longè acerrimum, & sine hoc a natura haberet, sine studio esset & diligentia consecutus, minime ad hominum vitia. Principium in primis, dissimulanda accommodatum. Hoc juvenes veterum exemplis ad tyrannidem Galæcii vindicandam, & patriam servitute liberandam animavit, maxime cum privatas erga Galæcium odii causas haberent. Jo: Andreas querebatur, sacerdotio propinquum à Pontifice auctum, cuius uberrima vœtigalia essent, nullis precibus, aut gratia alicui potuisse, ut secundum Pontificis decretum illi sacerdotii possessionem daret. Oleatus & Vicecomes cum minus munus domos ab ejus libidine habuissent, iniquissimo animo ferebant (ut sunt Itali minime omnium apti ad suorum flagitia dissimulanda) in nobilissimis familiaribus tantam maculam & labem, vivo eo qui illum imposuisset, harere. Itaque in remotissima ædium partem juvenili consilio contra Galæcium conspirarunt, & quò vulnus facilis pateret, quod esset commodius gladii genus atque expeditius, explorabant. De tempore convenit, ut die natalis Christi Galæcium ad D. Stephani operirentur, & in ipsis foribus salutandi specie illum obtundirent. Stipati igitur clientibus suis, quos simulatione aque ductus pet vim aper- tiendi armatos adesse iusserant, pugionibus vestra infestis abditis, fores obfederunt. Jo: Andreas Galæcium jugulo & sub alvum faucium reliquit. Oleatus in jugulo pariter & in pectore. Carolus humerum & tergum momento transiit. Concidente principe, cum à suis deserti conjurati omnium gladii se peti viderent, fuga suis consilere cœperunt. Jo: Andreas implicitus vestium laciniis, quas laxas atque amplas nobiles femina humi trahunt, à Mauro satellite Galæcii interfecit. Carolus multis vulneribus à militibus confodiatur. Oleatus cum sibi ferro via patefacta incolumis confoditur, ad paternam ædes confugit: tunc à patre, è templo evasisset, ad paternam ædes confugit: tunc à patre,

A ne esse particeps consilii videretur, excluditur. At mater sacerdoti familiaris clientis commendatum, atque ab eo mutata veste domum perducitur in præsentia servavit. Ibi cum biduum delituisse, auctoria sibi utendū, ac fuga salutem petendam meliore consilio quam tempore statuit. Verum itineribus undique oblectis comprehensis, supplicii genere terribissimo afficitur: cum vivus lanatus, atque in quatuor partes dissectus esset, non minore in tanto cruciatus perfecundo constantia, quam in Tyranno interficiendo fiducia animi & audacia. Nam carnifici illi ad tantum supplicium gladio imminente, ita ex magno horrore collecto animo dixisse fertur, Mors acerba, fama perpetua, stabit vetus memoria facti. *Brut. l. 6. hist. Flor.*

TEUTONES quidam in civitate Stocholmensi tempore Alberti (qui ex Magnopolensi duce Rex Sueonum & Gothorum creatus fuerat) c. lxx. numero oculis conspiratione colligati, se excullatos fratres appellabant, crevique postea eorum numerus ultra mille quingentos. Horum studium præcipuum erat, conjunctis in Sueones convitiis, ad rixas & lites provocare, ut demum apud Regem delatos vita aut fortunæ spoliarent. Origine odii ex commerciis cœpit: quorum lucra alienigenæ ad se solos transferre nitentur. Erant autem inter ceteros Suetici generis mercatores centum septuaginta. Hos illi excullati in bello designatos regi Alberti occultè deferebant: afferentes, nisi ipsi quantocumque è medio tollerentur, actum omnino fore de Teutonico nomine in ea civitate: Sed Albertus precibus illorum acquiescere noluit. Eo autem à Margarita Danorum regina capto, nodu ex arce, quam ab Alberto suæ concedit fidei tenebant, clam eruptione facta, duce Alfo Generatæ Sueones impatros adorti occidunt, opes diripiunt, primates in arcem ductos lætris ligneis dissecant, reliquos cives ex arce per naves ad proximam insulam Chelsingam deportatos primum in signi ludibrio, deinde gravissimis tormentis affectos, postremo vivos in domo quadam inclusos combusserunt, anno Christi 1389. ipsa nocte qua Catholicis festum Corporis Christi celebrare consueverunt. Eadem autem hora, qua hæc fiebant, tanta inundatio pluviarum orta est, ut civitas Stocholmensis submergenda crederetur. Hæc fuit illa calamitas, cuius meminit *Alb. Crantz.* inquiri: Stocholm, in sine Sueciæ emporium, de cælo fulmine tactum penè totum confagravit: perierunt incendio mille sexcenti homines, Femina, pueri, & sine numero puellæ, in naves res suas compotantur cum parvulis: aderant quoque viri non pauci. Sed priusquam solverent, ingruerat promiscuum vulgus incendia declinans. Tanta itaque multitudo naves oppletæ fuerunt, ut momento oculi submergerentur. *Jo. Mag. l. 21. hist. Gothor.*

Mortuo Eugenio IV. Stephanus Potcarius, eques Romanus, vir in dicendo acerrimus, cives suos in Ecclesia Aræ cœli congregatos, ad capeffendam libertatem cohortatus est, quod diceret, parvum quoddam oppidum, mortuo loci domino, de libertate, vel saltem de moderanda regentium cupiditate verba facere. Vetus reclamante Archiepiscopo Benevento, tum quidem Vicecamerario, de re ipsa nil deliberatum est. Electo autem Nicolao V. Bononiam à pontifice relegatur, hac conditione, ut singulis quibusque diebus Niceno gubernatori urbis sese offerret. Quem simulata agritudine decipiens, Romam rediit, hac mente, ut sumptis atque populam ad libertatem convocando, Pontificem & Cardinales caperet. Rem factam facile dicebat. Nicolaum pontificem Epiphaniæ die in æde B. Pauli sacra facturum, hanc magno negotio comprehendere posse, populam libertatis amore optum laturum. Ad colligendum autem presulem catenam auream secum attulit, à se jam pridem paratam, quam conjuratis ostendit. Neque enim modo occidentum præfulem ex usu esse dicebat, sed ferivandum, donec arcem sancti Angeli recuperant. Verum dum seditus quiesceret (aliquot enim noctes insomnes duxerat) detegendæ rei tempus, & occasionem dedit. Pontifex armato milite domum ejus circumdedit. Inde elapsus, apud forem in capsa delitefactum cepit, & captum, ac seriem conjurationis factum, ad muros arcis sancti Angeli suspendit. Eodem supplicio affectus in Capitolio Angelus Massa cum filio, ac socio suo, anno 1453. 5. Idus Januarii. *Plar. & Sab. lib. 5. Etm. 10. & An. Styl. c. 58. Europe.*

Cosmo Medice mortuo, contra Petrum ejus F. nobilissimi cives, quorum dignitati Mediceæ famæ splendor offere videbatur, conjurarunt (quod sperant populam ob eracta à Petro nomina facile rebellatur) & in his princi-

pes Nicolaus Soderinus, & Dietefalvius Neronius, cuius si dei tamen & vivens & moriens Cosmus Petri salutem, & opes commiserat. Verum detecta conjuratione opera Nicolai Fedinæ scribæ, qui conjuratorum conciliabulum interfu-erat, eaque prudenter dissimularat, Thomæ quintissimi Soderini auctore (qui Nicolai frater erat, sed Medicum studiosissimum) conjuratorum facinore tantisper dilato, quoad Medices Sfortiana auxilia Mediolano accerterent: atque primum licet incruentis, deinde consilio victi adversarii, frustra in Hetruriam adducto cum exercitu Hercule Atefino, exilio vitæ suæ consuluerunt Venetorum viribus, ductu Bart. Coleonii, reditum in patriam frustra tentantes. *Anno Sal. 1464. Brut. l. 4. hist. Flor. & Jov. l. 1. de vita Leonis X.*

FRANCISCUS Salviatus Episc. Pisanus à Xysto IV. Pontifice in Medicum odium creatus, indignè id ferentibus Florentinis, cum Francisco Patio, & Hier. Riario Forti Cornelli domino, Xysti cognato, contra Laurentium & Julianum Medices conjuravit: cum in societatem secleris pertraxisset Jo: Bapr. Monteficium pontificis copiarum ductorem, Jacobum Petrem, Jacobos Salviatos duos, Jacobum Pog- gii F. Bernardinum Bandinum, Neapolitanum Franciscum, Stephanum Presbyterum & Antonium Volaterranos. Bis facinus in convivio aggressi, ob Juliani absentiam bis eventu frustrati, tandem in D. Reparatæ templo factis assistentes fratres, signo edito, cum sacerdos hostiam elevaret, adorti, F. Patius & Bandinus Julianum (quem vix blandis verbis, ut in templum veniret, persuaserant) multis vulneribus confecerunt. Volaterrani duo Laurentium se strenuè defendentem in vicinum sacellum confugere passi sunt. Clientes interea Medice cum vexillifero Francisc. Salviatum curiam occupare conantem cepere, & cum suis de fenestris curiæ suspendere. Corpora unco tracta in Atrium præcipitavit. Patiorum domus & familia omnis excita. Laurentius superstes, oppressis inimicis, gratia & auctoritate florentior, opes Mediceas, arte etiam alieno populi consensu de publico soluto, confirmavit & auxit. *Brut. l. 6. hist. Flor. Jov. in Leone X. Ricus l. 1. regn. Neap.*

Vix tres elapsi ab reditu Mediceorum in patriam erant mentes, quum à nonnullis in eadem Joannis Cardinalis & Juliani Medicum conspiratum est. Principes fuere Augustinus Caponius, corpore ac ingenio inerti juvenis, in quo nihil profus laudaret, præter familiæ nomen; & Petrus Paulus Boscolus, honestis quidem literis exornatus, sed iudicio turbidus & levis. Boscolus Bruti virtutem & gloriæ ferebat in oculum, seque Brutum fore testabatur, si fibisidum magni consilii participem Cassium reperiret. Nec mo- tra, Caponius, qui multa à Boscolo ex historici de Cassio præclara audierat, libenter in ejus nomen est adoptatus. Sed quum de tempore & loco caedis ageretur, deque ascensum sociis, quorum præsidio tuti atque defensionem negotium conficerent: fortè Caponio intranti Pucianam domum, syngrapha sinu decidit, in qua breviter erant annotata nomina amicorum, qui idonei ad id parandum facinus viderentur. Ea syngrapha per Coctium Senensem delata ad Mediceos, periculum depulit. Captus namque Caponius, quum in tormentis egregie tacuisset, prolata demum syngrapha nequaquam inficiatus manum, cuncta prolavit. Eadem confessus est & ipse Boscolus, qui Nicolaum Valorium insignem civem nominavit. Atque ita de ambobus supplicium sum- ptum. Valorius autem in Volaterranam turrem est relegatus: quoniam, tamesi Boscolum de tam nefario consilio insano fremitu proloquentem sepe uti insanam castigavit, nihil tamen, uti optimus civis debebat, ad magistratus de care detulisset. *Jov. in Leone X. l. 3.*

Anno Sal. 1471. Pontifices & procures Hungari in Mathiam Corvinum regem maxima ex parte conjurarunt. Casimirus secundum, Casimiri Regis Poloniæ filium, introducere decrevere conjurationis principes Joannes duo. Fure- re, nepos & avunculus: alter Strigoniensis metropolitæ, à Mathia patris loco semper habitus. Quinque clientis antistes alter, Joan. Pannonius dictus. Hi Casimirus Poloniæ regem per literas de rebus omnibus edocent, peruntque, ut quamprimum cum exercitu ad fines regni accurrat: tam quique operam in eo occupando promittit. In hanc spem Casimirus erectus, cum viginti millibus hominum adest. Mathias autem Archiepiscopo reconciliatus, Polonium quarto sui adventus mense feliciter avertrit, & domum reperere coegit. Ne tamen impunitate hujus facinoris, aliis simile aliquid tentandi copiam faceret, Archiepiscopum hunc-

A honesta aliquandiu custodia tenuit. Unde concepto dolo- re, quem conjurationis auget infamia, paulo post obiit. Avinculi fatum Quinquagesiensis Episcop. intra paucos menses est sublecutus. *Bonfin. l.3. Dec. 4.*

Fuerunt nonnulli Janizari ac cubicularii, quos sui studiofos Mahometus II. Turcorum Tyrannus faviſſimus ar- bitrabatur, qui de eo necando consilium iniecit. Ingressi tentorium, cum jam contentis arcibus sagittas emissuri forent, Maudronenus Constantinopolitanus, ex conjuratis unus, veluti quodam affatus spiritu, exclamat repente, Cave vitæ tuæ misere Amita, cave tibi, cave: suoque il- lum confopitum corpore procumbens, protegit. Et ita qui cetero periturus erat, unius Christiani servi impietate serva- tus est. Nam reliqui adolescentens exoleti eo clamore exci- tati, confessim auxilium tulerunt: & experrectus tyrannus, suam funestam tabiem generoso conspiratorum cruore faci- tiavit, immanis alogui, & ad omnem cædem servens ac alacris. Ex ea hora omnes post suspectos habuit, neminem sibi fidum putabat (quis enim cum amet, quo nemo crudeli- or, nemo atrocior ac superbiior, nemo ingratus magis uni- quam exiit?) neminem in cubiculo quietis tempore, qui xxi. ætatis annum exceſſit, admittit. Narrat quid- dam aliter hanc historiam, quod scilicet in Oriente quid- dam magnus Tartarus, ob odium quod in Turcum habuit, magnos quosdam precibus ac pretio induxit, ut caput Tur- ci sibi adferrent. Mahometus certior de iudiciis factus, dum sub habitu religiosorum armati regiam ingrederentur, captos omnes obruncavit. Cæpit deinceps religioſos omnes per edictum imperio expellere, nec ullum sinebat in habitu religioſis caprum evadere. *Cyp.*

Anno Sal. 1547. 4. Idus Septemb. Petrus Aloysius Farneſius, Octavii, cui in matrimonio erat Margatita, Cæſaris filia, pater, à triginta sex conjuratis Nobilibus Placentiæ, cui imperabat, miserè est per colloqui speciem trucidatus, suspenſus, raptus ac dilaniatus. Quo facinore patratò, præſtò fuit Ferdinandus Gonzaga in Inſubria pro Cæſare præfectus: qui illic in urbem admiſſus, eam in Cæſaris poteſtatem aſſeruit. Ex quo facinore graves subortæ sunt inter Cæſarem, Pontificem, omneſque Farneſios ſimultates, uſque adèd ut ipſe Octavius, Cæſaris gener, se in regis Gal- liciæ clientem, ut se Parmæque principatum tueretur, con- jiceret. *Sab. ſuppl. l. 28.*

ALPHONSUS Carolini, Panalphi Petrucii Senenſum tyranni F. una cum fratre Borgerſo, à Leone X. PP. transla- to civitatis imperio in Raphaelem Petrucium, domo pul- ſus, non ſemel cum occulto pugione in Senatū venit, in nullo protegente, oportunitatem ictibus Pontificem aggred- retur, interque tumultuantes & trepidos ſenatores erum- pendo prætorianos falleret. Fertur etiam cum in venatione incautus divagantem, prætorianos paſſim diſperſos, adorti voluisse. Inde ad fruendas ſubtiliores inſidias converſus, Verecellium circumforaneum chirurgum, admirandis qui- buſdam experimentis clarum, ſibi que intima conjunctum fa- miliaritate, maximis pollicitationibus perpulſit, ut in nec- eme pontificis operam præſtaret, ſi curanda fiſtula, quæ illi in ima ſede abſceſſus nata erat, excluſo vetere medico vocaretur: quando tum facile foret, nihil verentem, linea- mentis venenato medicamine intrinſcis, abſque ulla ſuſpi- cione protinus enecare. In hanc ſpem Alphonſus Verecellii pe- nitenti atque ſolicitatem laudando per Julium Blancium D. Leonis cubicularium, & Cardinales gratia familiaritateque valentes, aſſidue commendabat: jamque exturbato vetere Medico, locus Verecellio erat patefactus: niſi Leo cunctis adverſantibus, ſalutari quadam vercundia, minime novo medico aptendum eſſe judicavit. Detecta autem re per interceptam epiſtolam arbitrarie conſcriptam notis, Al- phonſi ſcriba, curru per urbem circumducti, captivum di- ſcripti, candentium forſicum morſibus, ad extremum ſtrangulati, in fruſta ſecti ſunt. Cardinalibus tribus crimen faſſis, & ſupplicibus, Leo clementer ignovit. *Jovius in Leone.*

IN CIVITATEM receptio.

In civitatis reſpectu Honoris ad Glorie locum pertinet; reſpectu vero Amicitie, huc reſerri debet; reſpectu deni- que Reipublice, ad Politicam pertinet.

Argonautarum poſteri cum à Pelagijs, qui ſeminas Athe- niſium ex Brautone præditi fuerant, non ſiſent ejeçti è Lem- ne, Lacedæmonem navigaverunt, & confidentes apud Tay- getum, ignes accenderunt. Quos Lacedæmonij cum aſpe-

xiffent, nunciū miſere ſciſcitatum, quinam & unde eſſent? Illi reſponderunt, ſe Minyas eſſe, ab hiſ herobus oriundos, qui in Agro navigaſſent: quique cum Lemnum appuliſſent, illic eos procreaverunt. Lacedæmonij iterum ſciſcitantur, Quid ſibi vellet iſorum adventus? Illi reſponderunt à Pe- lagijs ejeçtos, redire ad parentes, orateque, ut ſibi liceret una cum eis habitare, tum bonorum, tum agrorum partici- pices. Id quod Lacedæmonij placuit, cum ob alia, tum præcipue quod Tyndaridis, Caſtor & Pollux, in Argo na- vigaverunt. Receptos Minyas & agris impertierunt, & in tribus coaptarunt. *Herod. l. 4.*

Cum Græci ad Plataas contra Mardonium caſtra habe- rent, eorum aruſpex erat Tiſamenus Antiochi filius, Eleus, ex genere Jamideorum, Clytedes, & à Lacedæmonijſ civitate donatus. Nam conſultanti varicinium apud Delphos de prole, reſpondit Pythia, quinque ipſum maximas palmas à certaminibus reportaturum. Oraculo intellecto, Tiſa- menus gymnafijs operam dabit. Cumque ſe exerceret ad certamina, in uno, dum currit Olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmo- nij interpretantes, non ad gymnica certamina ſpectare Tiſa- meni oraculum, ſed ad bellica, conabantur eum mercede conducere, ut una cum Heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animadvertens, Spartiatis, pluſtimum facere ipſius amicitiam, abnuet: quod negaret ſe alio pretio id factu- rum, quàm ſi Spartiatum ſe civem faceret, omnia jura ci- vilitatis impertientes. Id Spartiatis ab initio ſerentes indignè, imminente tandem ingenti Perſici exercitus metu, conceſ- ſuri erant. At Tiſamenus ſuperbia elatus, negare ſe eo ſolo eſſe contentum: ſed oportere fratrem ſuum Hegiam etiam fieri Spartiatam, eadem conditione, qua & ipſe fieret. Immitatus in hoc Melampum. Eſ enim cum ab Argijs merce- de conducireretur è Pylo ad compendium morbum futuro mulierum Argiarum, depoſcebat pro mercede dimiſſum regni. Recuſantibus id Argijs, atque digreſſis, cum plures è mulieribus inſanirent, Melampo, quæcumque pet- tierat, conceſſerunt. At ille ſtatim plura petiit, nimirum ut quoque ſiſtri ſuo Bianti ſtatim partem regni darent. Argij in arcum redacti, hoc quoque annuerunt. Itaque tertia ſola pars Anaxagore, qui tunc Argijs imperabat, reliqua G manſit, teſte Pausania in Corinthiacis. Sic igitur Tiſame- nus Spartiata eſſeçtus, quinque maxima certamina ex ora- culo obtinuit. Erhi duo ex omnibus hominibus ſoli à Spar- tiſ civitate donati ſunt, quos illi *λυοπητρες* vocant; quinque autem certamina hæc fuere. Unum contra Perſas ad Plataas. Alterum, in Tegea cum Tegeatis atque Ar- gijs. Tertium, in Dipæniſibus cum univerſis Arcadi- bus, præter Mantineos. Quartum, cum Meſſeniis ad Iſth- mum. Ultimum, in Tanagra cum Athenienſibus & Argijs. *Herod. l. 9.*

TYRTÆUS Athenienſis ludimagiſter ex oraculo dux datus ab Athenienſibus bello Meſſenico, civitate donatus eſt à Lacedæmonijſ. Pausanias Cleombroti interrogatus, Quid ita? Ne, inquit, vobis unquam peregrinus fuiſſe dux videat- ur. *Cal. l. 18. c. 5. A. L.*

ALEXANDRO Magno Corinthii per legatos juſ ſuæ civita- tis detulerunt. Hoc officij genus quam riſiſſet Alexander, quidam elegatis: Nulli, inquit, civitatem unquam do- navimus, præterquam tibi & Herculi. Hoc audito, lu- bens accepit oblatum honorem, quem illi commendabat partem reſcitæ, partim cum Hercule ſocietas. *Plutarc. in H Alex.*

Demosthenes in oratione de Syntaxi queritur, externis ho- minibus temerè civitatem concedi, cum majores Menotti Pharfalio & Perdicæ Macedonum regi, quorum ſingularia fidei & benevolentie erga temp. officia exiſtiſſent, non civitatem, ſed immunitatem tantum tribuſſent: nimirum quod civitatis Athenienſis communicationem nimis am- plum, atque omni beneficio majus præmium eſſe ſtatur- unt. In quam ſententiam illa etiam in aculatione Næxæ ſcripta reliquit: Populus Athenienſis, cum ſit omnium re- rum, quæ ſunt in civitate, dominus, cumque poſſit face- re, quod lubet: adèd magnificum munus eſſe, Athenien- ſem facere, exiſtimavit, ut vel lege condiderit, quomodo ci- ves facere oporteat. Lex autem eſt populo: Nemini fieri Athenienſem licere, qui non de pop. Athenienſi benè me- ritus, dignus civitate videatur. Etenim ubi perſuafus erit populus, & donum dederit, adoptionem ratam eſſe non ſiſent, niſi ſuffragio occulto poſtero die ſupra ſex milia Athe- niſes decreverint. Prytanæ autem jubet lex urnas pone- re,

Are, & ſuffragium ingredienti populo dare, antequam pere- grinū introeant, & vela tollere, ut cum ſui quique ſit do- minus, eum, quem civem eſt facturus, intueatur, an di- gnus ſit, qui dono civitatis afficiatur. *ſig. l. 2. de rep. Athon.*

HIPPOCRATEM Civem, ob ſedatam peſtilentiam, Athe- niſes publicis alimentis in Prytanæ donarunt, & juſ ci- vilitatis ei dederunt. *Soran. in ejus vita.*

Cicero pro Archia inquit, mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte prædicis, gratuito civitatem in Græcia homines impartiri ſolitos. *Att. 3. lib. de ſenſu ſenſu,* de Salamentis diſſerens, narrat, Athenienſes Chare- phili ſallamentarii filij civitatem deſiſſe, quod eorum pa- ter magnam vim ſallamentorum Athenas comportaſſet: at- que id auctoritate Alexidis comici confirmat. *Vit. l. 9. va- riar. leſtion. c. 2.*

Pericles legem tulit, ut hi ſoli Athenienſes fierent, qui utroque parente Athenienſi cive nati forent, in tantum, ut Euagoras Cypri Rex, vix propter multiplicia beneficia, ci- vitate donari mereretur. *Alex. l. 4. c. 10.*

Cotis Thracie Rex, ubi cognovit, quod Athenienſes ho- noris gratia civem ipſum ſuæ civitatis declaſſarent, pro au- xilio quod illis adverſus Dorienſes impenderat, gratiam re- pondeat ſudans: Per Jovem, inquit, ego illis viciffim mee gentis juſ dabo. Sentiens, nihilominus honorificum eſſe, Thracem quam Athenienſem appellari. *Eraſ. Roterodam. l. 6. Apoph.*

CHRYSIPPUS Solenſis in civitatem Athenienſem recipi vo- luit. *Plut. de Stoic. pugna.*

Quum Athenienſes Servum Antigoni, honoris gratia, perinde ut ingenium, in civium numerum aſcripiſſent: Nequaquam, inquit Antigonus Rex, velim unum civem Athe- niſem à me loris cædi: ſignificans, per illos factum, ut unum civem Athenienſem poſſet loris cædere, quippe ſer- vum: ſed Athenis eſſe plures uno commercio, ut à rege lo- ris cæderentur, qui ſervum alienum, quod in ipſis fuit, ma- nmitterent. *Plut. in Apoph. Regum.*

Eſt locus quiſpiam, ut auctor eſt *Suid. in Leontide*, cui nomen *πρωταυσι*, id eſt, fluviij. Hujus incolæ *πρωταυσι*, quaſi fluviates dicuntur. Hi notati ſunt, quod plurimos in- civem civitatem adſcriberent, quos ea non ſatis commodè caperet. Atque hinc proverbij locus *πρωταυσι δαδ' ἀπὸ τοῦ ἔθους*, Fluvius cum mari certas de certamine inæqualem: quod cum fluvius eſſet, id eſt locus non admodum amplius, mare videretur amulati, cum omnes undecumque in ſeſe reci- peret. *Eraſm. in Adag.*

JUDÆIS, propter navatum in militia bonam ac fidelem ope- ram, Seleucus cognomento Nicanor, in conditis à ſe per Aſiam & inferiorem Syriam urbibus, in ipſa denique Me- tropoli Antiochia, juſ civitatis dedit, voluitque, pati ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere. Quin- etiam Judæis extremo oleo nolentibus uti, certa pecunia pro eo à Gymnaſtichis penditur. Quem morem cum Anthio- chenſis populis abrogare vellet, non permiffit Mutianus, qui tum Syriæ provinciæ præerat. Deinde imperantibus Veſpaſianis, Alexandrini & Anthiochenſes rogantes adimi Judæis juſ civitatis, impetrare id non poterunt, maniſteſto Romanorum æquitate & magnanimitatis judicio. *Joſeph. l. 12. c. 3. Antiq.*

APOLLONIUS Argonauticorum ſcriptor, Alexandria natus D Rhodum migravit, illicque civitate donatus, Rhodij cog- nomem traxit. *Vit. l. 25. Variar. c. 4.*

Ex Regillo Sabinorum urbe Appius ſive Titus (ut Diony- ſius ſcribit) Claſſius (Claudio ei poſteâ cognomen fuit) cum magna clientum manu ſe Romam conſulit. Viti, qui arma ferre poterant, ad quinque milia cum ſecuti. Mul- tum is diuque obſtiterat in publico Sabinorum conſilio, ne in Rom. armis bellaretur. Quo certamine Sabini nomi- nis principes accenti, proditionis Claſſium accerſendum cenſuerunt: eoque periculo commotus homo ingenti ſpiri- tu, magnaque inter ſuos auctoritate, cedere patria maluit, quam ſui capitis judicium iis, quibus cum ex æquo vixerat, ſubiicere. Fuit perinde Claudii acceſſus omnibus Romæ gratis. Civitas omnibus, qui cum eo venerant, & æger trans Anienem datus. Ipſe inter patricios alleçtas, & ager in principum dignationem venit. *Sab. l. 8. Etm. 2.*

CÆRETES Romana ſacta cum Veſtaliſus capta à Gallis Rom. benignè conſervantur: ipſos quinertiam Gallos ſpo- liis onuſtos in Sabinis adorti oppreſſere. Romani parum grati, civitatem quidem dedere, non tamen juſ civitatis. Unde Cæretes tabule dicit. *Strab. l. 5.*

Punico ardente bello, Murrina Syracuſanus, ob pluri- ma in Remp. merita, & quod in Sicilia cum equitatu tran- ſierat ad Rom. ex auctoritate ſenatus & rogatione populi, civitate donatus fuit, loco magni muneris. *Alex. l. 3. c. 10.*

Marſici belli, quod ſibi omnes Romanis intulerunt, cau- ſa prima fuit, quod Romanis luxu corruptis, orta plebis adverſus ſenatum ſeditione, cum ſenatus Italorum opem im- ploraſſet, & eis optatum illud Romanæ civitatis juſ polli- citus fuiſſet, idque ſe lege ſancitatum promiſiſſet: cum pro- miſſorum nihil Italis præſtaretur, occaſionem dedit rebel- landi, Romæ conſulatum gerentibus P. Rutilio Lupo, & Sex. Julio Cæſare. In hoc bello diverſi varique caſus, & urbium expugnationes utrique bellantium parti contige- runt, nutante quaſi data opera in utramque partem victo- ria, & neutris ſtabili permanente. Tamen poſtquam utrin- que cecidit immenſa multitudo, ſerò & ægrè Romani vic- toriam adepti, firmas vires obtinuerunt, virtute C. Ma- rſii & L. Syllæ poſſiſſimum. Tota Italia, Lucanis dumtaxat & Samnitibus exceptis, qui & ipſi hoc quoque aliquando ſunt poſteâ conſecuti, in Romanæ civitatis corpus conceſ- ſit: cum Tyrthenis & Umbris, inter ipſa belli initia, F ne ad hoſtes deſcenderent, Romani ultra juſ civitatis dedi- ſſent: ſed ne numero prævalerent, decimatos & in cen- turas adſcriptos ultimo loco adſcribere. *Sab. l. 2. Etm. 6. ex Dion. l. 37.*

Donaverunt Pythagoram Romani civitate, ut auctor in libro quodam, Anthoni dicato, comicus eſt Epichar- mus, vir antiquus, & ex ſchola Pythagorica. *Plutarc. in Numa.*

Archias & Theophanes poætæ, propter eruditionem Ro- mana civitate donati. *ſig. Vide Tit. Poetarum.*

CORN. Balbus, Gadibus natus, Quiritium jure donatus, Garamantas ſubegit, & unus omnium externorum trium- phavit Romæ. *Plin. l. 5. c. 5.*

Cicero Cratippo Peripatetico impetravit à Cæſare jam rerum poſito civitatem Romanam. Perfecit præterea, ut ſenatus Arcepagitarum per decretum peteret ab eo, ſicut or- namento urbis, ut Athenis remaneret, & inſtitueret juven- turem. *Plut. in Cicero.*

L. Sylla illorum ſervos, qui civili bello ceciderant partium ſuarum, in libertatem vindicavit, & civis eſſe voluit: qui- tamen juſ civitatis haberent, non tamen cum veteribus tri- bus ſuffragia ferebant, ſed ex illis velut novis incolis, alias eſſeçti tribus, in quibus ultimi ſuffragabantur: ita fiebat, ut ad illos pertarò ſuffragij ſuſſerent. Quæ omnia poſt civile bellum, quum rerum Sylla poſſerent, & ſummam imperii teneret, ſublata & inducta, in melius emendavit. Nam magnè illi cura fuit, ne in colluſione omnium apud externos nomen Romanum paſſim vulgaretur. Ideò populi juſta comitiſ centuriatis, ſingulis municipijs juſ civitatis, quod antea acceptant, ademittit. Quod & Licinia lege & Mutia cavebatur. *Alex. l. 4. c. 10.*

Marius legem tulit, ut niſi ex decreto populi, nemini in regione eſſe liceret. Mox Syllæ exemplo, mille homines Camertes, propter navatam inſigniter operam in bello Cimbrico, civitate donavit, addens, Septem propter armorum ſtrepitum, legum vocem exaudire non poſſiſſe. *Plut. in Mario.*

Veneti ob acceptorum beneficiorum gratiam, vel ob ſum- mæ benevolentie teſtificationem, civitate ſeu jure comi- torum in ipſorum rep. donare, quos volunt, ſolent: Ira- que Borgiam Valentinum ducem, tyrannum impuriſſimum & celeſtiſſimum, jure comitorum donarunt. *Guicciar. l. 5.*

Jacobus Carraſſenſis V. dux Patavinorum, Veneto ſena- tu adèd charus fuit, ut eum & civitate (quod maximis mu- neris loco haberi ſolet) & magnifico palatio propè D. Pau- lum donarint. Fuit enim bello & pace illuſtriſſimus prin- ceps. *Bern. Scard. l. 3. hiſt. Pat.*

Anno 1513. magno aſſenſu atque ambitione populi Ro- mani Julianus Medicus, Leonis X. Pp. frater, Romana ci- vitate donatus eſt: editique ſunt in ejus honorem ludj ſce- nici, temporario theatro in area Capitolina extructo, ubi per biduum ſumma celebratio actus eſt Plautianus Ponnulus, variaque ſubinde poemata jucundiffimi argumenti per inge- nuos ſummæ nobilitatis elegantiffimè decantata, adèd ex- quiſito atque opulento rerum omnium apparatu, ut anti- qua aurei ſeculi felicitas ipſius Pontificis erudita libertate revocata videretur. *Jov. in Leone X. & l. 11. hiſt.*

A OCCASIONEM . AMICI FACTI . CAUSA .

Virtutis in genere .

Erat Romae ex nobilitate unus ex principibus . magna- que auctoritate . Valerius Flaccus . Hic Tusculi habebat praedia vicina M. Catoni . Cuius cum labores & rationes vivendi accepisset a fervis . mirareturque . cum narrarent illi . mane eum forum adire . & praesto esse petentibus : regressum ad villam . tempore brumali vestitum exomide . sta- te operari cum illis nudum . eadem mensa . eodem vesci pane . atque idem vinum bibere : simulque magnam ejus illam humanitatem & moderationem . ad haec faceret dicta sententia- que referrent : iussit eum vocari ad coenam . Hinc ex consuetudine animadvertens ingenium ejus placidum & ci- vile . plantae modo culturam & locum illustrem requirere . invitavit eum & modo perpulit . ut Romae se ad republ. accommodaret . Quo ubi commigravit . multos illico . qui eum observarent & diligenter . patrociniis comparavit . Pro- movente eum enix ad honores Valerio . tribunatum primo loco adeptus est . inde functus quaestura . Hinc inclytus iam & spectatus . maximos honores cum ipso Valerio gessit . consul cum eo fuit . inde censor . Plut. in Catone .

Faedus cum Gothis . quod Gratianus pepigerat . ratum & ipse Theodosius I. Imp. habuit . Sed ubi Gothorum Rex Athalaricus diem obiit . Gothi Terwingi in fidem ac verba jurantur Theodosii . virtute ac benignitate ejus allesti . fed- eratque dicti sunt . Ac tum militia illa dudum sub Constantino principe federatarum renovata est . unumque corpus ex illis ac Romano milite effectum : cum quibus postea Imperator Maximus . Victorem ac Eugenium tyranos de- bellavit . Cum Persis quoque Constantinopolim venientibus . ac pacem perentibus (sive principis bonitate permo- ti . sive satiati victoria . qua olim Julianum straverant . Valen- tem in fugam vertentur) faedus est ictum . quo univer- sus penes Orientem Romanis conciliatus . Sig. 18. Imp. occid.

LAURENTIUS Medices praefectus suis virtutibus etiam apud publicos hostes . barbaros . ac remotissimos reges . mag- nus & clarus evasit . Nam & Bajazetes Turcarum Imper. Bernardum Bandinum . Juliani fratris percussorem . qui in Asiam usque perugerat . dignitate hominis & sceleris atrocitate permutos . ad supplicium tradidit . Et Caythejus Memphisiticus Sultanus . quo nemo tum bellica virtute felici- or fuit . studium suum atque benevolentiam . ingentibus admirandisque muneribus Florentiam transmisit . cum in- signi Laurentii gloria testatus est . In his enim cameloparda- lis fuit . animal Indicum . enormi proceritate & conspicua varietate mirabile . quod a multis seculis Italia non viderat : atque eo etiam admirabilis . quod neque modo Lusitani . India perlustrata . neque Hispani . invento ac peragrato Novo terrarum orbe . ejus generis animantem haec tenus in- venierint . Iov. in Leone X. 1. 1.

Fortitudinis .

David Goliath Palaestinum . cum quo nullus Israelitarum congressi ausus fuerat . singulari certamine vicit . Jonathan Saul regis F. ea viri virtute delectatus . amicitiam cum eo in- iit . detractamque sibi . qua indutus erat . penulam ei de- dit . nec non arma sua . ensim . arcum atque baltheum . Ex eo tempore inter eos contracta amicitia perpetuo dura- vit . Et Jonathan quidem Davidem contra insidias patris Saul sepe protexit : David vero in regnum evectus . Jonathan filios maximo donis & honoribus affectit . 1. Reg. 18. & seq.

PIRITHOVS . qui in Lapide regnabat . Theseli fama & ce- lebritate impulsus . experiri statuit . an is tantus esset . quan- tum totius Graeciae ad se rumor detulisset . Igitur Theseli bo- ves . quae in Marathonis saltu custodiebantur . per latrocinii speciem abegit . Quae res trepidè Athenas nunciata . The- seum continuo ad injuriam ulciscendam Marathonem exci- vit : nec Pirithous ejus declinavit occursum . Hic ambo fe- uterque alterum sub primum congressum intui . formaeque deinde praestantiam & magnitudinem animi mirati . post mutuum appellationem dexteram junxerunt . amicitiamque inter se firmarunt . Pirithoo cognitionem & judicium de bobus per injuriam abactis ipsi Theselo permittere . Cui ille non solum rei aelimationem omnem remisit . sed ad amici- tiam tum primum inivit perpetuo colendam est hortatus . Sab. 1.6. Em. 1. ex Plut. in Theselo

Ante Plataenem pugnam & mari & terra duces erant

A PARTHI Augusti felicitatem veriti . Armenia ultrò reli- cta . signa . quae M. Craffo & M. Antonio ademerant . resti- tuerunt . Ea Tiberius recepit a vitrico missus . ut Tigranem in regnum restitueret . Scythae ad haec & Indi . Augusti po- pulique Romani amicitiam per legatos petiere . Sabell. 1. 9. Em. 6. ex Strab. 1. 15. & 16.

MODUM . QUAE CEREMONIA AMICITIA INITA .

Religione . Iurejurando . Sacris .

Martdonium Persam ad Plataas aggressuri Graeci . multitu- dinem jam coactam iurejurando ad persequendum bellum adigere . & religione compescere voluerunt . eo potissimum consilio . uti cunctorum in unum coitente conspicerenturque animi : tum ea adacti religionis necessitudine . veluti secura jam humanarum rerum mente . generosius audacitius- que pericula quoque subirent . Iurejurandi forma expressa erat . qua unumquemque nominare necesse erat . se non gra- viori discrimine habiturum . chatiorive loco vitam . quam li- bertatem pensurum : duces deinde suos . neque dum viverent unquam . neque in mortis necessitudine postos deser- turum : tum foctis in pugna caesis sepulchrum pro virtibus paraturum . Sin bello barbarico victor evassisset . nullam in periclitum urbem eversurum . templeque igne . vel alia quacumque vi direrit . nisi quam illa restitueretur : sed eas ruinas . pro monumentis barbaricae superbiae futurisque im- pissimi . posteris relicturum . Diad. 1. 1.

B Est mos Gallorum principum . religiofam aliquam militiam pro arbitrio statueret : ad quam quos imitatos admittunt . iurare verbis conceptis cogunt . futuros se socios periculi- orum . neque ullo unquam tempore arma adversum la- turum . fidem amicitiamque perpetuum servaturos : ubi etiam casus culerit . auxilio futuros in bello praesentes . armato- que in acie staturos . aut pecunia adiuturos . Ad haec statuta facta . & dies quotdam maxime solennes constituunt . quibus interesse cunctos fas fit . In Confratres vocantur . quos & vivos & mortuos . qui religionis ejus militiaeque auctores sunt . maximis prosequuntur honoribus . Insigne autem mili- tariae ipsius aliud alit esse . Pom. 1. 1. belli Neap.

Cade .

C L. CATILINA inita contra patriam conjuratione . homine immolato . & calice vino & sanguine repleto circumlato . sanguinem conjuratis propinavit : sive ut hujusmodi iureju- rando atque praestigijs percelleret homines . sive ut eos ad omne facinus & nefandissimam quoque consueceter . ut qui cognatum & civilem sanguinem peteret . per multasque ca- des optimatum . & urbis incendium . tyrannidem affectaret . Suid. & Salvstinus .

FINEM . CUR . CAUSA

Imperii .

CAROLO M. A. LEONE Pontifice ad imperium Romae inun- cto . Irenes Augustae legati & Constantinopoli missi faedus petebant . & quicquid animi dissimulata . ignari . communi- catum . an divinum imperium crederent . illud pro certo ra- ti . duos Augusti generi humano sine bello divitius esse non posse . Quod si Carolus saemina Augusta uti cursu rerum se- cunduram in animum induxisset . universa statim Italia . cir- cumjectaque insula in Francorum vel ditionem vel partes transisset . Jam Pippinus rex aetate saepe ferocior Lutetia movebat . Graecos Italia pulsurus : sed vel ingenio Graeco . vel jussu Augusta . oratores agere cum Augusto Franco ceperunt . ut ea vidua . integra adhuc inventa . Carolo celebri matrimonio jungeretur : quo consilio in unius arbitrium coire imperium Rheumque jus videbatur posse . Faedus in- terea datum . Caterum proceres . comprehensa Irene & in Lesbum deportata . ne nuptiis suis reliquam Graecorum im- perii spem in Franciam deferret . Nicephorum Imp. fecere . Is oratores ad Carolum in Franciam missos de renovando fae- dere : idque in has conditiones ictum . ut alter Orientis . alter Occidentis Augusti . fratresque essent . dicerenturque . Simul hinc à Neapoli . illinc à Siponto quicquid ulterioris Italiae in mare procurrat . cum suis è regione insulis . à Ste- co . reliquum à Franco jura peteret . Inter duo imperia me- dices cardo Venetiae utrausque imperii majestatem pie con- servarant . Amil. 1. 3. & Culp.

Mortuo Ludovico Ung. & Poloniae rege . Poloni Sigif-

mundum Ludovici ex Maria generum Ung. regem suscipere E recularunt . Multis tandem ultrò citròque cum Elizabetha Ludovici vidua habitis comitiis . tandem Cassovia decre- tum . ut Hedvigis minor natu Ludovici filia in Poloniaem ve- niret . ac de sententia amplissimi consilii matrimonium iniret (nuptis autem Jagelloni Magno Lituaniae duci) quod si ea deinde nullis liberis relictis decederet . ut Maria soror cum sua posteritate ipsi in regno Polonorum succederet . vicissim- que jus esset Hedvigi . secuta Mariae mortem Ungaria . Ita sempiternum faedus inter Ungaros & Polonos sancitum . Cromer. 1. 1. 4.

Securitati .

Leo Imp. cum Valamiro Ostrogthorum rege federe ini- to . obsidem cepit Theodericum . Theodemiri fratris F. vix septimum puertiae annum egressum : qui postea victo Odo- cere Herulo . Italiae regnum obtinuit . Is apud Imperatorem totis undecim annis conversando . summam gratiam Principis meruit . Post extinctum Valamirum . Theodemiro Ostrogthorum . Dacia . Moesiaque . & utriusque Pannoniae regi . Leo Theodericum filium ultrò restituit . Theodemirus inducias . quas cum Leone pactus fuerat vix adhuc fa- tre . in pacem commutavit . Leoni succedens Zeno Ilausti- cus Theodericum Byzantii excepit . in filium adoptavit . ordi- narium Consulem declaravit . equestrem ex aere statum ante regiam collocavit . Ea omnia eò tendebant . ne gens Gothica negotium Romano faceret Imperio . Io. Mag. lib. 9.

Hugo Arelatensis Comes . Vvalia rex factus . omnium principum ac regum undique conquirit amicitiam . missis nunciis & ad Henricum Germanorum ac Romanorum regi- gem . qui tum Bavaria . Svevia . Lotharingis . Francia at- que Saxonibus imperabat : & ad Graecorum Imper. Romanum Lacapenum . Cui munere missi inter caetera duos insi- gnes canes . quales prius in Graecia non sunt visi . Cypriana- nus .

Galliae Rex Ludovicus XII anno 1501. omnia sua consilia ad Neapolitanum bellum convertit . In quo ne Hispaniae reges & Ferdinandum & Isabellam adversos haberet . illisque potentiae illorum metu . Veneti . & forsalle etiam Pontifex conjungerentur . veritus . negotia Caroli IX. tempore . de regni illius divisione . in quo Ferdinandus Hispaniae rex jus se habere asserbat . agitari coepta renovavit . Nam etsi Alfonso I. Aragoniae rex peculiari & ab Aragoniae regno sepa- rato jure id adeptus esset . ideoque tanquam rem propriam Ferdinando I. filio notho tradidisset : tamen apud Joannem ejus fratrem . qui illi in Aragonia regno successit . & Ferdinandum Joannis filium . quum Alfonso id Aragoni regni armis & pecuniis adeptus esset . jure ad id regnum spectare . ad illud tempus usque tacita querela fuerat . quam Ferdinandus Hispanica arte & patientia . non modo debitis inter propinquos officiis . cum Ferdinando Neapolitanorum rege . & successoribus non pretermisisset . sed etiam nova affinitatis vinculo auctis . teterat . Ferdinando enim Neapolitano regi Joannam sororem suam in matrimonium dedit . ut altera Joanna illius filia Ferdinando juniori nuberet . assensus est . nec tamen efficere poterat . quin cupiditas sua multo ante Neapolitanis regibus innotesceret . Eadem itaque cupiditate in Ferdinando & in Galliae rege conspirante . alter ut impedimenta & difficultates removeret . alter vero ut eas . quod diu optaverat . partem adipisceretur . cum ad totum occupandum nulla occasio appareret : Neapolitanum regnum eodem tempore invadere pacti sunt : quod inter ipsos hac ratione divideretur . ut Galliae regi Neapolis ipsa cum tota Leborii agri regione Aprutinaeque provincia : Ferdinan- do vero Apulia & Calabria obtingerent : suam vero quicque partem altero nec juvante . nec impediante occuparet : Hoc autem faedus tamdiu . donec Galliae rex exercitus . quem ad bellum missurus esset . Romam pervenisset . quam maxi- me occultum esset . Guicciard. 1. 5.

Auxilium contra hostes .

ISRAELITAE vindictam Gabaesium Beniamitarum scelus in uxore Levitae commissum . contra Beniamitas faedus ini- verunt apud Maspham . excitos se totam tribum . neque ulli Beniamitarum filias suas in matrimonium daturas . Judic. 1. 21.

Mortuo Josue . consuluere Dominum Israelitae . quanam suorum primi bellum Chanaanensis inferrent . & cum Judaeis Dominus respondisset . adficerent illi in sortem suam Si- meo-

A Meonios fratres, sese illorum forti vicissim affuturos polliceri. *Judic. c. 1.*

Xerxes contra Athenienses exercitum ducente, omnes alii Graeci terram & aquam regi dederunt, praeter Thespenses & Plataenses, cum quibus ii Graeci Peribaei percusserant foedus, qui bellum adversus Barbarum sumserant. Foedus autem ita habebat: Quicumque Graeci sese dedissent Persae, non adacti necessitate, eorum decimum quemque, rebus bene constitutis, se Apollini Delphico devoturos. *Herod. lib. 7.*

CASSANDER Macedonum rex, videns Graecorum vires augeri, Antigono & Demetrio ejus filio passim libertatem illis concedentibus, totamque belli molem in Macedonia mittere, missit in Asiam legatos ad Antigonom peritum, ut se cum pace faceret. Sed cum ille respondisset, se unam novissime compositionem, si Cassander illi rerum suarum arbitrium permitteret: territus ille, Lysimachum ex Thracia accersivit, ut cum eo summam rei communiter administraret, quia ejus regnum contemnerunt eam Macedoniae. Igitur habitu de utilitate communi concilio, mittunt legatos ad Aegypti regem Ptolemaeum, & ad Seleucum superiorem satraparum dominum, superbiae responsionis Antigoni demonstrantes, & belli periculum omnium commune esse docentes. Macedonia enim potitum Antigonom, statim ablatum esse etiam aliorum regna: dedisse enim cum sui speciem sepe, quod & avarus sit, & totius imperii socium admittat nullum. Expedire igitur, ut omnes conspirent, & communiter adversus Antigonom bellum suscipiant. Ptolemaeus & Seleucus libenter obsequuti sunt, & numerosis copiis auxiliandum esse decreverunt. Varii igitur praesidiis commissis, tandem de summa rerum dimicavit. Antigonus in acie caesus. Demetrius Poliorcetes ejus fuga elapsus, multo post a Seleuco captus, in vinculis exspiravit. Usque adeo libertatis Graecorum assertores odio habebant reges caeteri. *Dind. l. 20. & Plut. in Demetrio.*

Contra Demetrium Poliorcetem Macedoniae regem, magnis viribus Asiae imminentem, quantas secundum Alexandrum habuit nemo quisquam, conspiraverunt tres reges, Seleucus, Ptolemaeus, Lysimachus. Inde communi nomine missis ad Pyrrhum legatis hortati eum sunt, Macedoniae autem accesserit, neque duceret inducias, quas Demetrius non ipse, ne bello laeseretur, dederat, sed sibi sumperat, quod bellum prius, quibus vellet, possit movere. Pyrrhus itaque Macedoniae occupavit, eamque cum Lysimacho pariter esse. Seleucus Demetrium, quantumvis nocerem, persecutus, ad portas Amanidas cepit, & in Chersoneso in custodia libera habuit ad obitum usque. *Plut. in Demetrio.*

GENERICUS Vandalorum rex, Theodorici Gothorum regis filiam Honorio filio suo matrimonio junxerat, sed suspitione veneni sibi parati mox recitio nalo dehonefata ad patrem remisit. Itaque vindictam merito timens, Theodericum delere, Gothorumque opes labefactate constituit. Sed viribus suis diffidens, Attilam in ejus perniciem multis missis muneribus incitavit. Attila homo avarus, & belli cupidus, praedae & mercedis magnitudine ostentata, haud gravate se voluntari ejus obsequium promisit. *Sigon. lib. 13. Imp. occid.*

Scotorum rex Achajus, Erfini filius, omni laude cumularus, Anglorum Saxonum opes, quae majorem in modum in dies singulos crescebant, pertimescens, cum Carolo M. foedus icit, iis conditionibus, ut se mutuo juvarent. Non sine Dei numine id factum praedicant, quando etiam nunc amicitia inter Scotum & Gallum inviolata manet, ita ut alter cum altero in perpetuum consentiat: id quod etiam ferunt assignandum odio, inter vicinos suis semper finibus rimentes orto, & idcirco illud utriusque in Anglum, & Anglo vicissim in utroque commune esse. *Polyd. l. 4.*

PHILIPPUS Valerius, Gallorum rex, cum videret Edvardum III. Anglum, rependo haereditatem Franciae regni, futurum in perpetuum hostem, putavit peropportuna habere Scotum, qui illi propinquus esset, amicum, ut sibi instar fragitae foret, quam, cum vellet, in Anglum emitteret. Itaque foedus cum Daulde rege junxit, opibusque emixit juvit. Et sic vetus amicitia jam inde ab Achajo rege, qui se cum Magno Carolo conjunxerat foedere perpetuo, renovata fuit. *Polyd. l. 19.*

Prufis idololatri anno Christi 1227. Mafoviam vastantibus, Conradus dux, Christiano Episcopo suadente, fratres, seu sodales Teutonicos, paulo ante a Saracenis e Syria ejectos, Roma accivit: Culmenemque tractum, & quidquid

terra est inter Vistulam, Motram atque Dervanciam flumina, eis tradidit: his legibus, ut contra Prufos sedulo & summis viribus bellum gererent. Ubi vero eos domuissent, Culmenem quidem ditionem redderent: caetera vero, quaecumque de barbaris cepissent, arbitrio honorum virorum ex aequo secum, seu cum posteris suis partierent: Poloniam ne quam vim aut injuriam inferrent, neve hostes eorum receperant, aut ullo favore prosequerentur: contra barbaros autem, & a religione Christiana alienos, ut ipsi, cum opus fuerit, praesidio essent, si quid horum transgredirentur, beneficia accepta amitterent. Haec ita inter Conradum & fratres Crucigeros, quorum tunc Hermannus de Salza summus magister erat, convenere, & a Gregorio IV. Pp. approbata & confirmata fuere. *Cromer. in hist. Polon.*

Anno 1529. cum vari essent in religione per totam Germaniam motus, Carolus vero V. Imp. in Hispania abesset, Senatus Imperii Spirae decrevit, ut quam quique tuam religionem profiterentur, eam ad futurum usque concilium inviolatam servarent. Huic decreto sefe opposuere Elector Saxoniae, Georgius Brandeburgicus, Ernestus & Franciscus Luneburgici, Langravium Anhaltibus: & Aprilis die 19. palam, cur non assentiantur, de scripto recitavit. Huic principum protestationi, communicato consilio primi nominis, civitates aliquot sefe conjunxere, Argentina, Norimberga, Ulma, Constantia, Rutelingua, Vvinsiemum, Meminga, Lindavia, Campodunum, Halbrunum, Insa, Vvisselburgum, Norlinga, Sengallum. Et haec quidem est origo nominis Protestantium. Post appellationis quoque formulam Protestantes conceperunt & eiderunt, ac demum ab omni actione Spirensi & decreto ibi facto provocarunt ad Caesarem, ad futurum generale, vel Germanicae nationis legitimum concilium, ad omnes denique non suspectos iudices, ac simul legationem ad Caesarem decreverunt in Italiam. Qui graviter ferens provocationem a se factam, Bononia coronatus Augustum venit ad comitia. Ei confessionem religionis suae, quam Augustinam vocant vulgo, Protestantes exhibere scripto, non nisi Sacrum videretur auctoritate aliquid se mutatos professi. Caesare illud indignè ferente, discessum est. Vocatur inde Saxo Coloniae a Moguntino pro eligendo rege Rom. Ferdinando Carolo fratre. Quod consilium ubi contra Protestantium vitam & fortunam conceptum intellexit, Langravium reliquoque principes ac civitates Protestantes orat, & hortatur, ut ad XXI. Decembris diem Smalcaldiae conveniant. Ubi foederis concipiunt formulam, non quidem offendendi quendam, sed sui defendendi causa. Subscripserunt ei continuo principes, item Albertus & Gebardus Mansfeldici, & urbes multae. Moguntinus interim & Palatinus principes, cum interfectionem bellum metuerent, Schmeinfertu ad Maenum cum Protestantium nomine Caesari egere, & quam Augustus Imp. exhibuissent confessionem, ad futurum concilium usque profectendi liberè potestatem dedere. At cum Saxo Ferdinandi electionem nihilo feciis ut illegitimam repudiarent, nihil potuit effici, quoad Turca in Ungariam irrupiente, conventum Norimbergae intercessores indixere. Ibi religioni pax data cum ampla promissione concilii. Protestantes invicem, qui tum septem erant principes, & civitates xxiv. obsequentiam & officium Caesari detulerunt, & auxilia polliciti sunt adversus Turcam. Hanc pacis formulam intercessores decreverunt: Julii die XXXI. anno Salutis 1532. sub finem anni 1535. Smalcaldicum foedus, quod annum adhuc unum durabat, renovatum in annos decem, & de reliquo apparatu constitutum, & recipientes esse placuit in hoc foedus, qui vellet atque cuperent, modò doctrinam Augustae propositam in comitibus profiterentur, & sortem communem subirent. Anno 1546. Carolus Caesar armis Langravium & Saxonem adortus, cum illis ex fœdere reliqui etiam confederati auxiliarentur, victor utrumque in potestatem suam redegit, civitates multas, foedus Smalcaldicum irritum fecit, novam religionis formam, quam Interim vocant, Protestantibus permisit. *Sleidam.*

Mathias Heldus, Procancelarius Imp. Caroli V. obducta criminacione, quasi Protestantes aequi sumas pacis conditiones repudiarent, cepit eos de fœdere sollicitare, cujus & Caesarem & Ferdinandum regem prosequerentur auctores: nec prius conquiret, quam illi apud quosdam anno Salut. 1538. perficeret. Hujus rei causa conventum est Norimbergae, & hoc titulo fuit initium foedus in annos XI. *Sleidam. lib. 1.*

Oppressionis aliorum. Massimo Scalano, Vetonensium tyranno, cum non factis esset, quicquid telluris eis ultraque Padi fluenta intra Alpes jacet, nisi in Heturiam quoque tyrannidem promovisset, ac novissimè maris possessionem turbare Venetis cepisset: conspirant in illum Veneti, Florentini, omnesque Cisalpinae Galliae reguli. Veneti duce Petro Rubrico Patrum principum, Tarvisium & Patavium Tyranno ademerunt, Patavio Marfilum Carrariensem praefecerunt, Tarvisium sibi ipsis servarere: factis superque se adeptos tati, quod superbissimi hostis ferociam tandem prostratam viderunt. Cui demum jacenti, ac miserabilis modo ignominiosam pacem petenti, non modò non negaverunt, sed civitate etiam donaverunt. *Sab. l. 2. Dec. 2.*

Anno Sal. 1480. consentientibus omnibus fere Italiae regulis & civitatibus, in annos quinque & viginti foedus icitum est: cujus is praecipuus erat finis, ne Venetorum potentiam ulterius cresceret permitterent: qui singulis quidem locis majores, conjunctis autem multo inferiores, consiliis a communibus separati, suas res agebant, atque ex aliorum discordiis & malis crescere cupientes, intenti & parati in omnem occasionem stabant, quae eis viam ad totius Italiae imperium aperire posse videretur. *Guicciard. l. 26.*

IMP. Constantino politanus, Aragonum Rex, & Veneti contra Genuefens foedera inter se iniere. Comparata ergo ingenti classe, Genuefens, quorum dux erat Paganus Auria, inter Constantinopolim & Chalcedonem aggrediuntur. Pugnatum est ab aurora usque ad vespertam: ac tandem Graecis in fugam versis, Veneti ac Catalani magna ex parte cum praefecto classis caesi. Sed Veneti, redintegrata classe, Nicolao Pisano, Venetae classis praefecto, sequenti anno non longè a Corfica Genuefens magno praefecto vice-qua. Qua clade perterriti Genuefens, Archiepiscopo Mediolanensi & Vicecomitum familia civitatem ac sua dederunt: qui Venetos bello aggressus, Patavinum principem, Vetonensem, Ferrarinum, Manruanum, & Florentinos in se concitavit, veritos, ne superatis Venetis, ad se demum iretur. Pugnabatur terra marique: sed Genuefens praefecto Pagano Auria, mira felicitate navali pugna usi, apud Sapientiam Peloponnesi promontorium Venetos superarunt, eorumque praefectum Nicolaum Pisatum captum cum quinque millibus hominum gentium perduxerunt, an. Domini 1354. Sequenti anno, Motuu Archiepiscopo Mediolanensi, Veneti ac socii magna cura liberati sunt. *Platina.*

Carolus IX. Gallorum Rex Neapolitanum regnum occupavit, celserrate per haec omnis Italia Gallis, praeter Venetos, qui omni armorum motu abstinuerunt, quamdiu est de Neapolitano regno certatum, fueruntque apud regem Veneti legati pacis decreto, quoad est Neapoli positus. Tandem vixus inter se fecere Venetis ann. Sal. 1495. Alexander VI. Pp. Ludovicum Sfortia Mediolanensem dux (qui tamen regem contra Aragonum excitaverat, sed tum agrè ferebat sibi Tarentum a Carolo ex pacto non traditum) Veneta Resp. Maximilianus Caes. & Ferdinandus Hisp. specie quidem ac nomine ad communem sociorum defensionem, loco eis, qui adjuvni vellent, etiam Caroli idoneis conditionibus relicto: verum reverè, ut ne Carolus regnum Neapolitanum teneret, occultioribus consiliis decretum fuit, ut Hispani milites, qui in Siciliam venerant, Ferdinandum Aragonum, qui magna populorum voluntatis spe adductus, in Calabriae ingredi tentabat, ad regnum recuperandum juvarent: urque eodem tempore Veneti classe maritima invaderent loca: conaretur dux Mediolani, quò, si forte ex Gallia nova subsidia venirent, ea impedire posset, Astam urbem, in qua exiguo cum praesidio Aurelianus dux remanserat, occupare: regibus autem Romanorum Hispaniae quae certa pecuniae summa è sociis, ut valido exercitu in regnum Galliae arma moverent, contribuerentur. Carolum igitur, posteaquam Novariam occupasset, ad Tarum fluvium in Parmensi agro, invictum trahentem exercitum, adorti, maxima sua cum fraude, non tam vicere, quam, ne in Italia diutius haereret, inhibueret. *Sab. l. 9. Em. 10. Guicciard. l. 12. hist.*

MAXIMILIANUS I. Imp. victus a Venetis, & Tergesto amissio, concitante Julio II. Pont. cum caeteris Europae regibus conjuravit adversus Venetos: eaque conjuratione Italia supremam prope adit cladem. Agrè fere pontifex, quòd Ariminum atque Faventia urbes, Pontificio imperio ereptae, minime redderentur. Non ferebat Ludovicus XII. Gallus Cremonam ditioni suae detractam: & Ferdinandus

La. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

A Hispanus rex nequaquam sibi integrè partum Neapolitanum regnum existimabat, quum maritimae Apulorum urbes oppigneratae jam pridem ab Venetis praesidiis tenerentur. Coivere legati principum ad urbem Cameracum in Belgis, decretumque est communibus viribus in Venetos bellum, tanto silentio, ut cum ejus suscepti consilii suspiciones emanarent, Venetis nequaquam maturè crederetur. Dum modò Ludovicus in Italiam cum ingentibus copiis transgressus, ad Abduam Venetos castra conserre, atque aciem tentare ausos, cum magna caede profugavit, capto Liviano duce; Bergomum, Cremonam, Cremam, & Brixiam sine vulnere recepit. Veronam, Vincentiam, atque Patavium, Caesari capienda praeiuit, quò deleto exercitu cum paucis Prilianis, desperatis rebus, ad Messurium extremum continentis oppidum refugisset. Pari cursu Julius non Ariminum modo atque Faventiam, sed Cerviam & Ravennam recepit: ultraque Senatus Venetus Apuliae urbes Hispano regi dedendas curavit. Sic ut tanta modò Veneti imperii fortuna, Italiae hominibus plane miserabilis, exterminis vero ridenda videretur. Receperunt haud multo post Patavium, & contra Maximiliani exercitum egregiè defensum. Pax à Julio impetrata. Ab illo tempore inter ipsos foedus discordia orta est. Namque Gallus totius Italiae imperium affectans, Venetos prope jacentes imprimis delendos putabat, quos solos suis desiderii impedimento fore rebatur. Itaque Alfonso duce Ferrariae in amicitiam suam accepto, quamprimum contra Venetos iuras erat, cum Julius Pontifex & Ferdinandus ejus consilium intellexerunt: qui per id factum, jam aperte foedus violatum arbitrantur, necessario cum Venetis pacem fecerunt, atque simul uno momento arma in ipsium Gallum converterunt. Ex quo deinde variè inter eos usque èd pugnatum est, donec ad extremum fortuna belli controversiam diremerit. Julio inde mortuo, Veneti cum Ludovico Gallo contra Ferdinandum, Maximilianum, & Leonem X. Pont. foedus iniiverunt. Cujus rei fama ubi divulgari cepit, per multis mortales admiratione obstupescit, illud jam tunc sermone proverbium in utroque, multis paulo ante factus ac receptus utrinque injuriis, ab omni concordia spe distractos, iactabant, Amici facti sunt Palarus & Herodes. In quo illud imprimis memorabile videtur, quòd Veneti ab initio oppugnati ab cunctis prope Europae regibus, atque omnibus praesidiis victi, univèrsio tamen bello victores evalecerint. *Toy. l. 9. Guicciard. l. 8. Polyd. l. 28.*

Feedere, quod inter Ludovicum XII. Galliae regem, & Venetos contra Ludovicum Sfortiam ann. 1498. icitum est, conventum est, ut quo tempore ipse rex potentis exercitu Infubriam invaderet, ipsi quoque ex suis finibus idem facerent, & omni reliqua regione regi parita, Cremona cum tota Giaradadda, excepta Abduae ripa quadraginta ulnas lata, Venetis cederet: Mediolanensi autem ducatu ab rege occupato, Veneti ad certum tempus, constituto equitum ac pedum numero, ad ejus defensionem tenerentur: & vicissim rex ad Cremonam & omnium, quae in Longobardia ad Veneta stagna usque possiderent, defensionem esset attributus. Quae res adeo clam acta fuit, ut Ludovicum Sfortiam, utrum inter ipsos ad defensionem tantum, quemadmodum ab initio in Gallia & Venetis pervulgatum fuerat, foedus initum esset, an etiam aliqua contra se essent decreta. *H. multos menses latuerit: nec ipsimet Pontifex Alex. VI. tam regi conjunctus, nisi serò, certior esse potuit. Guic. l. 4.*

EX INIMICIS FACTI AMICI RECONCILIATI.

EX INIMICIS FACTI AMICI RECONCILIATI.

Vide Locum de Reconciliatione.

AMICITIA NON INITA. HUC AMICITIAE

POLITICAE

EXPETITAE DENEGATIO. NEMPE

Fœderis. Fœdus non initum.

Omnibus Italiae principibus inter se disjunctis, dum abili cum rege Galliae Carolo VIII. Aragonis bellum facturo, alii contra facerent: soli Veneti neutram partem secuti, rerum exitum ortio expectare stantebant: si ve quòd eis molestum non esset Italiam perturbati, ea spe, ut ex aliorum diuturnis dissensionibus suum augerent imperium: si ve quòd

